

HILDEGASTVS FRANCORVM LEGISLATOR.



Hildegastus multis artibus apud Francos instructus, claruit sub rege Hilderico. Is cū uidereret suos gētiles Barbaris esse similimos, eos ad cultiorem uitam reduxit, atq; decentem uestitum indicauit. Postea etiam ædificiorum rationem ostendit, & domos altiores construere docuit. Hac tenus enim humilioribus ædificijs contenti fuerāt: ita ut apud Germanos de inculto sed robusto opere prouerbium exortum sit: Opus Frācicum. Hoc modo regi et populo gratissimus factus, etiā leges uiuendi proposuit, atq; eos ad ciuiores mores perduxit, anno Christi ducentesimo uicesimo quinto. Ioan. Funck. in Chron.